

Ich lasse jetzt den noch ungedruckten Anfang und Schluss der alten Passio Praejecti folgen. Benutzt wurden die Hss.:

1 = Rouen 1379 (U 42) saec. X/XI,

2a = Dijon 383, saec. XIII,

2b = Gotha fol. 64, saec. XIV.

2a . b sind für eine Hs. zu rechnen; Abweichungen nur einer von diesen beiden Hss. sind daher nicht berücksichtigt worden. Für die Orthographie war natürlich 1 massgebend. Ich habe aber dessen Unart, ein geschwänztes 'e' selbst in den Diphthong zu setzen (z. B. 'ae', 'oe') nicht nachgemacht.

# INCIPIT PROLOGUS IN PASSIONE SANCTI PREIECTI EPISCOPI ET MARTYRIS.

Studii fuit — — disertas. Amen.

EXPLICIT PROLOGUS.

# INCIPIT PASSIO SANCTI PREIECTI EPISCOPI ET MARTYRIS.

Igitur sanctus Praeiectus Arvernensium provincia ortus est<sup>1</sup> et Romani generis stemate<sup>2</sup> praefulsit. Huius pater Gundolenus, mater vero eius Eligia vocitata est, qui originem duxere ex longinqua prosapia, catholicis viris, religionem christiane dignissimis, per quos etiam Dominus multa miracula declaravit. Sed ab surda<sup>3</sup> aure transeundum non est, ut, cum suum eum debebat more terrigenarum causa<sup>4</sup> mater fundere in saeculum, ante pauca dierum fertur se vidisse per extasi<sup>5</sup>, quasi per latera filium suum egredi, quem post unda sanguinis subsecuta perfunderet. At illa in se concussa visu, tremula cepit hinc inde vallare<sup>6</sup>; quid sibi talia haberent, cupiebat decerni<sup>7</sup>. Haec sibi cogitanti contigit, virum sanctissimum Peladium advenisse archipresbyterum, coepitque suus germanus sciscitare per singula, cur insolito tremebunda esset. Porro illa narrat visionem; sanctus Dei ei cuncta fatetur, quod talem esset editura filium, qui magnevis inter suos adesset in saeculum et cursum suum expleret martyrii causa. Ovans mater de talia<sup>8</sup> dicta, ut reor, Dominum supplicans, astitit, fide concordans, sacerdotali<sup>9</sup> dictioni, optat, ut fieret erga puerum.

Nascit puer, vagit in cunis, alitur lacte. Quid amplius? Ut homo concrescit et, ut tempus extaret, quod litterarum accumina summeret, magistro traditur Occiodrense<sup>10</sup> diocesim docendus. O vere suum ubique Dominus implebat puerum, tam<sup>11</sup>

1) 'est et' om. 2a. b. 2) 'scemate' 2a; 'steminate' 2b. 3) 'absurde aure' 1; ('ab' om.) 'surda aure' 2a; 'ab s. a.' om. 2b. 4) om. 2a. b. 5) 'extasim' 2a; 'extasin' 2b. 6) ita 1; 'ulla re' 2a; 'ululare' 2b. 7) i. e. 'discernere'. 8) ita 1; 'tali dicto' 2a; 'talibus dictis' 2b. 9) 'sacerdotalem dictionem' ('predictionem' 2b) 2a. b. 10) 'Otiodrense' ('Otiodrinse' 2b) diocesi' 2a. b. 11) 'tacito eius' 1.